

TRACTATUS DE EXORCISMIS

Stams (?), um 1500 (um 1490/1510 nach Wasserzeichenbefund) Seite 2r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31267
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

possit saluari nisi per eas quod est ma-
nifeste falsum / quia solum caritate
et meritis et aliis bonis operibus
homines electi ad angelorum choros ve-
niunt. Unde finaliter dico quod orationes
secundum debitum modum et ordinem vitae
dei et ecclesie emisse in quibus per-
petratio non assiribitur vis principaliter
sed voluntati diuine licite sunt et
meritorie ymo et impetratorie

Nota quod exorcista non debet admirari
nec de hoc multum contristari si aliquando
in demoniaco non profecerit Exemplum

Legimus enim in vitis patrum de Sancto
Anthonio quod dominus multos per eum
liberauerit / et tamen numquam de inco-
lomitate seu liberatione curatorum
est inflatus ad vanam gloriam / aut
contristatus de obsessis adhuc cor-
poribus / contra deum murmurabat
magis autem semper eodem animo vultuque
manens gratias deo refferebat Sua-
dens et obsessis ut correctionem
qua vexabantur patienter ferret
Non enim Anthonii aut cuiuscumque
omnino hominum hanc esse medelam
sed solius dei Qui et quibus vellet
et quo tempore vellet daret sanitatem